HIERONYMUS.	ΕΥ'ΣΕ'ΒΙΟΣ.	EUSEBIUS.

eo habitarent homines potentes & primarii regis principes : hujusmodi enim viros potentes Hebræi *Leones* per Metaphoram vocant.

1 *ARIEL, hujus quoque Esaias meminit, quam Aquila & Symmachus interpretati sunt Leonem Dei. Hanc esse putant quidam Areopolim, eo quòd ibi nunc usque Ariel idolum colant, vocatum ἀπὸ τοῦ Ἄρεως, id est à Marte: unde & civitatem dictam suspicantur. Mihi autem videtur juxta consequentiam, textumque Prophetiæ Ariel ibi allegoricè Hierusalem sive templum significare, hoc est Leonem Dei, quòd forte regnum fuerit & potens. De hoc in libris Hebraicarum quæstionum plenius dictum est.*	Ἀ'ριὴλ, ἥ καὶ Ἀ'ριήλ. Ἀ'κύλας, Σύμμαχος Λέοντα ταύτην εἶναι φασὶ τὴν Ἀ'ρεόπολιν. Ε'πειδὴ καλοῦσιν εἰς ἔτι καὶ νῦν Ἀ'ριὴλ τὸ εἴδωλον αὐτῶν, οἱ τὴν Ἀ'ρεόπολιν οἰκοῦντες ἀπὸ τοῦ σέβειν τὸν Ἄρεα, ἐξ οὗ καὶ τὴν πόλιν ὠνόμασαν.	ARINA, quæ & Ariel. Aquila, & Symmachus Leonem hanc esse dicunt Areopolim. Quandoquidem usque hodie vocent Ariel Idolum suum qui Areopolim incolunt, à colendo Marte, à quo & civitatem nominarunt.
2 *ARIM, in tribu Benjamin. Est & villa juxta Diospolim, quæ usque hodie appellatur Betariph.*	Ἀ'ρὴμ, κλήρῳ Βενιαμὶν, καὶ ἔστι νῦν κώμη περὶ Διόσπολιν.	AREM, sortis Benjamin, & est nunc vicus circa Diospolim.
3 *ARIMA, ubi Scriptura dicit sedisse Abimelech.*	Ἀ'ριμὰ, ἔνθα ἐκάθισεν ὁ Ἀ'βιμέλεχ.	ARIMA, ubi resedit Abimelech.

ARIMATHAEA, vel Arimathia. Vide ARMATHA SOPHIM paulò post.

4 *ARITH, ubi sedit David. Est villa Arath nomine ad Occidentem Æliæ.*	Ἀ'ρὶθ, ἔνθα ἐκάθισε Δαβίδ. κώμη Ἀ'ρὰθ, Αἰλίας πρὸς δυσμάς.	ARITH, ubi sedit David. Villa Arath ad Occidentalem Æliæ plagam.
5 *ARMA, ad quem locum spoliorum partem misit David.*		

ARMAGEDON, cujus fit mentio Apoc. XVI. ℣. 16. ad quem Antichristus & Diabolus suos exercitus contra fideles & Deum congregaturi sunt in prælium : qui locus ubi futurus sit prorsus ignoratur; ex vocis tamen affinitate nonnulli probabilem conjecturam accipiunt futurum in terra Israëlitica; *Maggedo* enim urbs fuit in dimidia tribu Manasse Cis-Jordanina non procul torrente Cisson & monte Thabor, huic voci si præponas הר *har*, hoc est, mons vel עיר *hir*, hoc est *urbs* fiet *Harmageddo*; vel *Hirmageddo*. Forte *Harmageddo*, seu mons *Mageddo* non alius est à monte Thabor, cui Mageddo esse vicinam colligitur ex Judic. v. ℣. 19.

6 *ARMAKABOB, in tribu Simeon.*		
7 *ARMATHA SOPHIM, civitas Elchanæ, & Samuelis in regione Tamnitica, juxta Diospolim, unde fuit Joseph, qui in Evangeliis ab Arimathia esse scribitur.*	Ἀ'ρμαθὲμ σειφὰ, πόλις Ε'λκανὰ καὶ Σαμυήλ. κεῖται δὲ αὐτὴ πλησίον Διοσπόλεως, ὅθεν ἦν Ἰωσὴφ ἐν Εὐαγγελίοις ἀπὸ Ἀ'ριμαθείας.	ARMATHEM SIPHA, civitas Helcanæ & Samuelis. Porrò ea sita est prope Diospolin, unde erat Joseph (qui dicitur) in Evangeliis ab Arimathia.
8 *ARMENIA, in Esaia, quæ est Ararat.*	Ἀ'ρμενία, Η'σαΐας [9], Ἀ'ρασὰ, Σαρασά.	ARMENIA, Esaias, Arasa, Sarasa.

ARMON, Amos. IV. ℣. 3. Chaldæo Paraphraste & Hieronymo ad eum locum sunt montes Armeniæ.

NOTÆ.

1. Apud Isaiam *Ariel* videtur accipi pro ipsa civitate Hierosolyma, apud Ezechielem pro altari templi, vel parte ipsius superiore. BONFRERIUS.

2. Non *Arim*, sed *Iarim* nunc legitur Jos. 18. v. ult. in versione Septuaginta: in Hebræo tamen est עירים *Arim*. Eam vocem videntur Septuaginta ut propriam accepisse, cùm tamen videatur esse appellativa, cui in versione nostra respondet vox, *civitates*: est enim vox עירים *Arim* pluralis numeri. Quod autem addit *esse usque hodie villam juxta Diospolim, quæ appellatur Bethariph*; res ipsa planè videtur exigere, ut postrema illa vox *Betariph* mendosa sit, & pro ea reponenda sit *Betharim*; aliàs enim nullam cum voce *Arim* affinitatem habebit. Sonat autem *Betharim* domum urbium. IDEM.

3. Ita appellatur locus Judic. 9. v. 41. in versione Septuaginta Interpretum, qui in nostra versione appellatur *Ruma* non procul urbe Sichem: qua de re nos ad eum locum. IDEM.

4. Saltus nomen est in tribu Juda, in quem David Saulem fugitans, auctore Gad Propheta venit; in versione nostra vocatur *Haret*, 1 Reg. 22. v. 5. IDEM.

5. Rem hanc proditam habes 1 Reg. 30. in fine, ubi urbem hanc v. 30. habes in versione nostra vocitatam *Arama*; aliis Scripturæ locis appellatur *Horma*, *Harma*, vel *Herma*. IDEM.

6. Hæc vox omnino corrupta est. Libri alii paulò melius habent *Armakaboth*. In libris Septuaginta Interpretum ferè etiam nunc corruptè legitur, vel unica voce *Betmachereb*, vel divisa *Bethmar* & *Chasboth*: Regius tamen Codex habet *Bethamarchaboth*, quod cum Hebræo nostraque versione consentit, Jos. 19. v. 5. ubi in nostra versione vocatur *Bethmarchaboth*, in Hebræo ה interposito *Bethhammarchaboth*, quod significat domum quadrigarum. IDEM.

7 Hæc in versione nostra 1 Reg. 1. v. 1. *Ramathaim Sophim* appellatur; alibi sæpius *Ramatha*; præposito autem ה, fit *Haramatha*, inde *Arimathia*. Urbs fuit in tribu Ephraim tribui Judæ, Dan, & Benjamin contermina. IDEM.

8. Vide supra in ARARAT. IDEM.

9. Respicit Eusebius ad Isaiæ 37. v. ult. sed ad locorum nomina istæ voces non pertinent. IDEM.

1. *Ar-*